Ergo deus quicumque aspexit. ridet et odit
Adverticulo repetatur fabula. postquam
Subsidiis aucti. pars altera promere ferrum
Audet et infestis pugnam instaurare sagittis
Terga fuge celeri prestantibus ombus instant
Qui vicina colunt umbrose tentira palme
Labitur hic quidam nimia formidine cursum
Precipitans capiturque ast illum in plurima sectum
Frustra et particulas ut multis mortuus unus
Sufficeret. totum corrosis ossibus edit
Victrix turba nec ardenti decoxit aeno
Aut veribus longum usque adeo tardum putavit
Expectare focos. contenta cadavere crudo
Hic gaudere libet quod non violavit ignem
Quem summa celi raptum de parte prometheus
Donavit terris. elemento gratulor. et te
Exultare reor. Sed qui mordere cadaver

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. C 219, 3_7r – A) Cicero: Topica; B) Annaeus Florus: Epitome Bellorum Romanorum; Livius: Periochae; C) Juvenal: Saturae, cum glossis; D) Augustinus (Pseudo-): Categoriae [= Paraphrasis Themistiana] (https://fragmentarium.ms/view/page/F-yuic/5321/50626)